

Đuro S U D E T A:

CARMEN MEUM

Carmen meum pulchrum esset
magicum totum,
si una uspiam
id audiremus
tu et ego!

Tu abes, longe hinc abes
ac quis scit
te scituram, quantopere
pro te perpessus sim?

Lyra rumpetur, chordaeque rumpentur,
omnia morientur,
sed mihi gemitus et dolores
et verba ista manebunt.

Olinko D E L O R K O:

EQUUS ACHILLIS

Per pratum ad litus pervenit,
ut famelicus herbam maris pasceret.
Omnia prata, quae fertilia fuerunt,
iam pridem per se elegit.

Conspexit naribus patulis
undam cacumen rupis exundavisse.
Ideo celer ad eam venit,
quia susurro maris laetabatur.

Hic equus est Achillis viri fortis,
qui similis deo fuit.
En caput ad aquam porrexit,
undae iam iubam eius madefaciunt.

Zagreb.

Versio: T. Smerdel